



Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus de Conscientia, de Legibus, de Peccatis, de Virtutibus
Theologicis, de Religione, & Beneficiis. Adjunctis in hac editione
Propositionibus ad hanc usque proscriptis

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, 1734

VD18 90392140

Q. 4. An omitti debet opus bonum ad vitandum scandalum passivum
pusillorum seu infirmorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40986

suam conditionem: secus, de extraordina-
rio, nec convenienti.

Q. 4. *An omitti debet opus bonum ad vi-
tandum scandalum passivum pusillo-
rum, seu infirmorum?*

Resp. I. Ad vitandum scandalum nunquam licet facere actionem prohibitam lege naturali: quia nunquam licet facere actionem intrinsecè malam, seu dedecentem naturam rationalem. Neque etiam licet omittere actum lege naturali præscrip-
tum, in iis circumstantiis, in quibus præ-
cipitur: quia omissione talis actus est intrin-
secè mala, cum lex naturalis non præcipiat,
nisi id, quod est necessarium ad honestatem
morum, spectatis omnibus circumstantiis.
Constat etiam ob scandalum aliorum nunquam posse omitti ea, quæ necessaria sunt
necessitate medii ad salutem: quia (ut ait
S. Thom. q. 43. a. 7.) *Secundum ordinem
Charitatis plus debet homo suam salutem
spiritualem diligere, quam alterius.*

Item non licet ob scandalum passivum
omittere opus bonum in detrimentum
Fidei, vel boni communis spiritualis. Quò
spectat illud S. Gregor. Hom. 7. in Ezech.
*Si de veritate scandalum sumitur, utilius
permittitur nasci scandalum, quam veri-
tas relinquatur.*

Resp.

Resp. II. Ad vitandum grave scandalum pusillorum multi putant debere prætermitti præcepta merè positiva, præfertim humana, nisi ex ejusmodi omissione majus damnum immineret omittenti, vel aliis. Sic si te ituro ad Sacrum die Festo excita-
da sit cædes, vel gravis rixā, non debes ire. Item si mulier prævidens in sui aspectu aliquem in particulari scandalizandum ex infirmitate, tenetur omittere Sacrum etiam die Festo semel, aut iterum: quia cum præcepta omnia Charitati deserviant, & ei tanquam fini subordinentur; non obligant in iis circumstantiis, in quibus Charitas dicit omittendam eorum observatio-
nem, ut impediatur grave peccatum pro-
ximi.

Resp. III. De bonis operibus, quæ sunt solum Consilii, docet S. Thom. 43. a. 7. ea omitti non debere, ad vitandum scandalum ex mera malitia acceptum, juxta illud Matth. 15. *Sinite illos, caci sunt, &c.* Nam Pharisei scandalizabantur, quod Christus cum Publicanis, & peccatoribus comedet, nec propterea id omisit. Et alioquin quivis sua malitia posset bona spirituaria aliorum impedire.

Si verò scandalum ex infirmitate, aut ignorantia oriatur, occultari debent vel interdum differri, donec ratio sic agendi proposita sit; nam ex lege Charitatis tene-
mur proximi ex infirmitate, vel ignorantia
lap.

lapsuri ruinam impedire, cùm facile possu-
mus, cùm tale opus non sit præceptum,
nec necessarium, & illud differendo, vel
etiam omittendo ad impediendum pecca-
tum proximi, exerceamus actum Charitatis
magis meritorium, quām foret ipsum opus,
quod omittitur.

Quòd si post redditam rationem non
desinat inde scandalizari; tunc scandalum
ex mera malitia oritur, & sic propter ip-
sum non esse dimitenda bona odera, do-
cet S. Thom, *ibid.*

*Q. 5. An licet minus peccatum suadere
volenti committere gravius, quando
aliter gravius impediri
nequit?*

Resp. Id non licet loquendo de suasio-
ne, aut alia inductione directa. Tum quia
semper per se malum est inducere ad pec-
catum quodvis, etsi leve: nam nunquam
licet facere malum, nec proinde illud con-
sulere, ne quidem, ut eveniant bona, ex
Rom. 3. Tum quia qui consulit minus pec-
catum, etiamsi consulat ad impediendum
majus, in peccatum illud minus consentit,
illudque approbat, quod est intrinsecè ma-
lum. Tum quia suadens esset moralis cau-
sa peccati minoris, ad quod alter non erat
determinatus: ideoque ei meritò imputa-
re tur. Porro illud effatum: *E duobus ma-*

Tom. L.

I i

lis